Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26279
Copyright: Admont, Benediktinerstift



44

rum scrupsere naturis. leenas esse ferociores. maxime
si catulos nutriant. et semp gestire ad cursum. Qd
autē habebat alas aquilę. supbiam significat
regni potentissimi. cuius princeps loquitur p
esaiam. sup sydera cęli ponam thronum meum
et ero similis altissimo. Vnde dicitur ad eum. Si
alte feraris ut aquila. inde te detraham. Alioquin
ut leo uītē bestias. ita aquila uītē aues regnum
tenet. Sed et hoc dicendum. aquilam multo tem
pore uiuere. et regnum assyriorū multis ętatib⁹
fuisse dominatum. Quod autē euulsę sunt alę ei⁹.
id est leenę sue aquilę. cętera regna significat
quib⁹ prius imperabat. et uolitabat in mundo.
Et sublata est inquit de terra. subuerso uidelicet 55
imperio chaldeorum. Quodq; sequitur. et sup pedes 55
stetit quasi homo. et cor eius datum est ei. si de na 55
buchodonosor intelligimus pspicuum est. quod
post quā pdidit regnum et potentia eius ablata
est. rursum in pristinū statum restitutus sit. et ñ
leenam sed hominem se esse didicerit. et cor recepe
rit quod amiserat. Sin autē generalitē de regno
chaldeorū. hoc sentiendū est. quod intēfecto balthasar